triginta sex homines perijt
cor populi ⁊ ad istar aque
liquefactum ē. Josue. vij.
capitulo. Gedeon pugna
tur / dixit exercitui suo qui
formidulosus est reuerta
tur. et reuersi sunt viginti
duo milia Judi. vj. Israhelit e audientes goliad ti
muerūt nimis ⁊ fugerūt p̄
timore. j. Reg. xvij. Et iu
das machabeus dixit his q̄
edificabāt domos ⁊ formi
dolosis vt redirent. j. Ma
cha. iij. Saul vidēs castra
philistinoꝝ timuit ⁊ expa
uit cor eius ⁊ ibi occubuit
pri. Regū. xxxj. ca. Robo
am rudis ⁊ corde pauidus
non potuit resistere exerci
tui hieroboā. ij. paralipo.
xiij. Mortuo holoferne su
us exercitus solo timore ē
fugatus. Judith. xiiij. Vi
dēs iudas machabeus qm̄
defluxit exercitus eius ⁊ bel
lū vrgeret ꝯtra eū fractus
est corde ⁊ in bello illo ceci
dit nec alibi legitur timu
isse pri. Machabeoꝝ nono

De sabbati obseruatōe

Sabbatis ⁊ diebꝰ festiuis debent

Quiescētes nihil operari vanitatis
Delīquētes male tormētari pro peccatis
Attēdentes verba predicare veritatis.
Omnes gētes rebus occupari sanctitatis

Abbatū interpretat̄ requies. quia ī sabbatis vl' in festis debet homo q̄ escere ab omni ope seruili ⁊ festa custodire. qꝛ req̄euit dn̄s septīo die ab omni ope qd̄ patrauerat Gen̄. ij. Ob hāc cām filij israhel colligebāt manna in duplo vt sabbato festiuarēt Exo. xv. Int̄ p̄cepta decalogi solius mādati de obseruātia sabbati ratio reddit̄. Exod̄. xx. ca.

Ita iudei custodiebāt sab
batū vt nollent se defen de
re ab impugnantib⁹.j.ma
chabe.ij. Mulieres sancte
que ꝑauerunt aromata ad
vngendū christū sabbato
siluere. Luce.xxiiij. In hu
ius etiam figura requieuit
dūs in sepulcro sabbato.
Luce.xxiij. Sabbatum
non seruātes debent corri-
gi ⁊ puniri. nam colligens
ligna sabbato fuit lapida-
tus. Nume.xv. Arguit ne
emias ꝯculcantes torcula
ria ⁊ portantes onera ī die
sabbati. Neemie.xiiij.ca.
Sabbati ⁊ festoꝝ obserua
tio debet populo nunciari.
⁊ in festis verbū dei predi
cari. Ideo hoc preceptum
de custodia sabbati freqñr
repetit̄ Exo.xx. Nichano
rem volentem preliari die
sabbati iudei sequentes eū
instruxerunt sabbatum ser
uari.ij. Machabe.xv. Ob
hanc cām dixit petrus ig-
norantes iesum ⁊ voces ꝓ
phetaꝝ que per oē sabbatū
legunt̄ Actuū.xiij. Dicit̄
etiā ꝙ apostoli loquebant̄
cum mulieribꝰ que ꝯuene-
rant die sabbati. Actuum
xvj Sabbato ⁊ festiuis
diebꝰ debet homo plura bo
na facere q̄ ferialibꝰ diebꝰ
Nā sabbato die offerebā-
tur duo agni ⁊ alijs diebus
vnus tm̄ Nume.xxix. Po
pulus isrl̄ videns ꝙ hostes
die sabbati eos impugna-
rent melius cogitauerunt
die sabbati se defendere vt
oñdatur ꝙ in die festo ma
gis resistendū est temptati
omibꝰ .j. Machabeoꝝ .ij.
Christus multa miracula
fecit in sabbato. vt pꝫ per
euangelia. ⁊ huius est tri-
plex ratio. Prima ratio ē
vt oñderet se dñm sabbati
Math.xij. Scd̄a vt intel-
ligeret̄ ꝙ ab omī malo ces
sandū est non a bono. qꝛ li
cet die sabbati benefacere.
Math.xij. Tercia vt ples
videntes edificaret. vt pꝫ
in sanatione mulieris Lu
ce.xiij.